UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In librum, quod philosophus præcipue cum proceribus debeat colloqui

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

ibidem. 24. Initio.] ἀρχῇ δὲ μοχθ. non ἀρχὴ ex ſententia, quam alibi quoq; à noſtro poſitus ſenarius aperit. & οὐ ante θανατοῦται ipſa loci ſententia tollit. & pro αἰσθήσεώς τε, αἰσθήσεώς γε poſcit, vt & παρὰ τῆς φύσεως pro περὶ. pro μέρη δικαίως, vellem νῦν δικαίους.

378. 7. Philoſophiam ad Scythas.] Σκύθαις φιλοσοφεῖσθαι. deeſt Conſtat, apparet, videbitur, aut aliquid tale. Sed & πυεῖαι quid hîc ſit aut agat non video. & Pythagoras certè non negauit, ſed affirmauit, eſſe quandam homini cum brutis ſocietatem. Stoicos negaſſe iſthuc, cùm aliunde euidenter patet, tum ex huius etiam orationis qualicunq; fine.

378. 18. Qui Epitedeius.] ἐπιτήδειος προσηγορεύθη nomen ſuſpectum vt & Polemarchus. Sed in libro de terreſtrium cum aquatilibus comparatione, in ipſo exordio idem legitur, ἐπιτήδειος ἐλέχθη: vt appareat non eſſe proprium, ſed hoc ſignificare, dignum ſupplicio habitum.

## IN LIBRVM, QVOD PHILOSOphus præcipuè cum proceribus debeat colloqui.

380. 12. Sorani.] Λωρκανὸν. ſcriptus Σωρκανὸν habet. Fortè Σορανὸν. ea fuit nobilis familia. Eraſmus quidem præteriit. & ſupernè ad φιλίαν τοι μετιέναι, allitum φιλίαν τιμᾶν. & in Ariſtonis dicto εἶπεν pro εἰπεῖν. Sed vereor ne hæc & alia id genus ſi indicem, non tam in librarios, quam in ipſum videar non nemini inquirere autorem: qui mihi hîc quoque nequaquam videtur Plutarchus magnus. quædam tamen ex ſcripto emendaui in meo libro.

381. 29. Inſpiceret mores.] ἐφορώμενον, non ὑφορώμενον. Eſt autem vſurpatio Homerici verſus Odyſſ. ϱ. 488. quod non videtur obſeruaſſe interpres. Loquitur autem de nobili Africani legatione, cuius mentio apud Tullium in Lucullo, alibi, & apud alios.

381. 33 De

381. 33. De Elenchis.] in textu περιέλκων φιλοσόφων nihil eſt. ſuſpicor ſcribendum fuiſſe περὶ ἐλέγχων φιλοσοφῶν.
382. 7. Non eſt ſeditio.] οὐ στάσις. apparet vel ex poetica πτώσει τοῦ μελέεσσιν, verſum eſſe heroicum. qui ſtabit ſi legas οὐ στάσις, οὐδέ τε, & μελέεσσιν. Mox: adminiſtri ſui.] ταῖς τοῦ προσπόλου θυγατράσιν. vtrum proprium nomen eſt Proſpolos, an adminiſtrū ſignificat? Ego ſanè ignoro, & rei non memini. ſed poſterius amplector. Verſum apparet eſſe heroicum, ſed μηχανήσαντο non congruit, forte τεχνήσαντο, aut quod in margine ſcripti eſt μαχλήσαντο. quam tamen vocem non probo, cum ne μαχλοσύνη quidem antiquum Euſtathio videatur. ibidem pro μήσεα quod nihil eſt, legitur μήδεα: & in margine μίσεα. καλαχέειν elumbē verſum reddit: etiam καλαχέναι, tametſi vna ſyllaba minus. Vtut legendum ſit (neque enim μήδεα improbo, etſi vox ambigua eſt) ſenſus videtur, iratam Venerem iis quæ præſcriptione amoris malis artibus circumuenirent & expilarent adoleſcentes.
382. 27. Eos duntaxat.] Hεις μὴ in ἡμᾶς μὴ μόνον liberè expunxi.

## IN LIBELLVM AD PRINCIpem indoctum.

385. 13. Atque eſt homo.] ὡς ἀνὴρ ἔφυ. in ſcripto notatur legi etiam ἔφη. vtrumq; ſtare poteſt. ex Lucullo Plutarchi apparet ἔφη rectiùs legi, vbi hoc ipſum refertur.
386. 21. Oromaides.] Perſarum deus, vt apparet, nominatur μεσορομάσδης. is à Plutarcho Ὠρομάσδης & Ὠρόμαζος etiam vocatur, in vita Alexandri, de Iſide, in Pſychogonia. ſic & ab aliis. μεσορὴ quidem menſis huc nihil facit.
387. 19. Ius & fas.] Κλείτῳ δή. Hoc κλείτῳ perſpicuè falſum obrepſit, neq; ſatis liquet quid pro eo reponendum. fortè γνῶθι aut οὐκ οἶδας, vt in Alexandro Plutarchi, vnde & θέμιν hinc elapſum reduxi, cuius mox mentio ſit. pro οἰόμενος
ἰώμενος